



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 73. Connestabilis Regi traditus, ac carceri inclusus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. fidiam. Hic enim primum factioni An-  
 A.C. 1475. degavenfi addictus, demum Burgundi

Commin. l. 4. c. 13. ad fin.  
 Ducis partibus sese adjunxit, ab eoque  
 quadraginta aureorum millibus instructus,  
 in Italiam missus est, ut quadringentos  
 Lancearios conscriberet. Lugdunum  
 veniens, consuetudinem, familiaritatem-  
 que junxit cum quodam Medico nomine  
 Simone, natione Italo, quem Ludovi-  
 cus XI. eo miserat, ut Sabaudia Du-  
 cissæ tum viduæ clandestina exploraret  
 consilia. Huic Campo-Bassius exponit,  
 si ei Rex viginti aureorum millia nume-  
 ratae pecuniæ dare vellet, se Du-  
 cem Burgundiæ aut vivum Regi tradi-  
 turum, aut manu sua occisurum. Cum  
 vero Simon parricidæ proposito operam  
 suam navare detrectaret, Campo-Bassius  
 Duprajum seu de Sancto Prato Regis  
 in Pedemontio Legatum ad idem faci-  
 nus sollicitat, sed nec illum ad tantam  
 perfidiam Simone promptiorem experie-  
 batur, unde quadringentis lanceariis in  
 Italia collectis, atque in Belgium dedu-  
 ctis, iniquum suum consilium Regi ape-  
 ruit, cujusdam probatæ fidei hominis  
 ministerio usus.

*Dupray.*

§. LXXIII.

*Connestabilis Regi traditus, ac  
 carceri inclusus.*

Ad tantam hujus Neapolitani nequi-  
 tiam



tiam exhorrescebat Ludovicus; quocirca Secul. XV.  
A.C. 1475.  
Burgundiæ Ducem de insidiis ejus vitæ  
a Campo-Bassio fractis edocet. Verum  
opinio, quam de fidelitate Campo-Bassii  
conceperat, tam alte Ducis animo inse-  
dit, ut de periculo monitus, nihil de se-  
curitate sua sollicitus esset, sed Regis li-  
teras nonnisi confictas, & ad Bellidu-  
cem, quem inter ceteros unum longe  
fidelissimum habebat, adversum se conci-  
tandum fabricatas existimaret. Campo-  
Bassius Ducis sui cæcitate lætus, atque  
triumphans, novas in Burgundi interi-  
tum fraudes comparat, Lotharingiæ Du-  
ce ad criminis societatem sollicitato, qui  
oblatam quidem vindictæ occasionem ac-  
ceptat, pecunias tamen a Campo-Bassio  
petitas, nisi prius sibi sat probata Sicarii  
fides esset, numerare recusat. Necdum  
de pretio sanguinis inter utrumque plene  
convenerat, cum jamjam statuta dies, qua  
Burgundus Connestabilem Gallis trade-  
ret, appropinquasset, quin tamen adhuc  
Nancejensis, urbs in Burgundi potestatem  
venisset; quippe Campo-Bassius, qui sub  
vexillis Burgundiæ Ducis stipendia me-  
rebatur, deditionem urbis, donec pactum  
cum Lotharingio perfecisset, studiosius  
retardaverat. Itaque Burgundus, cum  
ea die, qua crediderat, Nancejum expu-  
gnari desperaret, misso protinus nuntio  
mandata adversus Connestabilem data  
*Hist. Eccles. Tom. XXIX. M m* revo-



Sæcul. XV. revocari jubet. Verum cursore tardius  
A.C. 1475. adventante, Connestabilis jamjam Per-  
 ronnam abstrahatur, ut Borbonii No-  
 thi manibus committeretur, a quo etiam  
 Parisios delatus, die secunda Decembris  
 carceri, quem *Bastillam* vocant, manci-  
 patus est.

## §. LXXIV.

*Connestabilis capitali sententia dam-  
 natus, ejusque supplicium.*

Continuo adversus eum capitis causa  
 instruitur, judicii Præsidentem agente  
 Franciæ Cancellario. Reus ad quæstio-  
 nem vocatur, ac criminis sui evidentia  
 adeo convincitur, ut illud negare mini-  
 me auderet; ex sententia igitur Senatus  
 Parisiensis ad capitis poenam damnatur,  
 quam etiam die decima nona ejusdem  
 Mensis Anno millesimo quadringentesimo  
 septuagesimo quinto in Graviæ foro sub-  
 iit, annos tum natus sexaginta tres.  
 Adeo ferme omnibus Connestabilis ob-  
 perfidias, quas solido decennio exerce-  
 bat, execrandus videbatur, ut nemo es-  
 set, qui ejus morti lacrimis, ac luctu pa-  
 rentaret. Ipse tamen inter luculenta pœ-  
 nitentiæ, ac pietatis eximiæ signa sup-  
 plicium tolerabat, si tamen de interno  
 religionis cultu ab exterioribus judicium  
 petere, ac speciosis raræ probitatis signis  
 fidem

*Commin ibid  
 Mezer. Sy-  
 nops. Chro-  
 nol. hist. Lu-  
 dov. XI. in 12*